

# **Mythologia, Venise, 1567 - VI, 13 : De Niobe**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[72\] : De Niobe](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 13 : De Niobe](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI**

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 14 : De Niobé](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 13 : De Niobé](#) est une transformation de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Citer cette page**

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 13 : De Niobe, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/885>

## **Présentation du document**

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,  
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 183v°-185v°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Niobé](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

## Mythologizæ

est cur magis græs Dño Deo nostro habeamus, quod per unicum eius filium Christum vniuersa fallaciam oraculorum multitudo profigata est, omnesq; mali demones cu suis tēplis ita sunt eueri, ut nulla illorū iādiu apparet vestigia: conculcata sunt altaria, excisi luci, combusiti libri, quibus sacerdōtiis continebantur, oblinio datus est victimarum delectus, explosi sacerdotes & lenones earum fallaciarum. Neque vilus prope est, quin verum, sanctum, ac syncerum Dei cultum posuit cognoscere, nisi quis pro religione simulata flagitorum licentiam sibi dari cupiat. Nam si de vero ac legitimo Dei cultu solum sit inter homines contiouersia, ac nō potius de propriis singulorum commodis, vel int̄ia triduum res indicari posset, fieretq; statim unus pastor, & unum ouile: neque quod ridiculum est, & misericordia planè dignum, tot bella pro religionibus orirentur. Est enim verus Dei cultus in ratione, & pietate, & integritate; non in armatis, aut in equorum cataractarū pectoribus, aut in bellicis tormentis collocandus: neque qui plus pot in bello, ille magis est religiosus, aut magis vir bonus. Quis enim animo per enses aut nitētes galeas persuaderit, qui, cum diuinus sit, nullam vim omnino patitur? Nullum est tormentum bellicum neque fortius neq; maioris impetus ad animum impellendum, quam sit ratio; qua sola viētus animus vel viētricem sequitur rationem, vel ita pudore deterretur, ut oculos attollere aduersus viētricem sine pudore minime possit. Verum hac alterius sunt negotii, nos iam ad institutum opus redēamus. Ac de Niobe dicatur.

De Niobe.

Cap. XIII.

Niobe, quam Tantali & Euryanassæ, vel, ut alii putarunt, Taygetes vnius ex Pleiadibus filiam fuisse narrat, multorum filiorum fuit mater; que cum gloriaretur supra modum tum ob illorum multitudinem, tum etiā ob formæ præstantiam, rusa est se Diis immortalibus comparare, vel etiam anteponere. Sic enim gloriatur apud Ovi, lib. 6. Metam.

30                   Quis furor auditos, inquit, preponere visis

Cœlestes? aut cur colitur Latona per aras?

Numen adhuc sine thure meum est: mihi Tantalus autor,

Cui licuit soli superiorum attingere mensas.

Pleiadum genitrix soror est mea: maximus Atlas

Est auus, ætherium qui fert ceruncibus axem.

In quamcunq; domus aduersi lumina partem,

Immensæ spectantur opes. accedit eodem

Digna Dea facies. hue natas adiice septem,

Et totidem iuuenes, & mox generosq; nurusq;

Quirite nunc habeat quam nostra superbia causam.

Quoq; modo audetis genitam Titanida Cęo

Latonam preferre mihi.

Athéniensis tamen A pallodorus Nioben scribit libro primo Bibliothecæ fuisse Phoronei Regis peloponnesi & Laodices filiam, cum Tantalem alii dicerent fuisse eius patrem. Hanc nupissime Amphioni Thebano dieunt, ut est in libro 3. Bibliothecæ. Verum cum duos fuerint Niobę, ut arbitror, de Tantali filia solum sermo est. De numero filiorum, quos illa Amphioni peperit, non conueniunt inter se scriptores. Herodotus duos tantum mares, ac tres feminas

feminas Niobe fuisse scriptis, ut testatur idem Apollodorus. Homerus lib. viiiimo Iliad. sex mares, & cotidem feminas illam habuisse ita inquit;

Tunc Iulianus trahit illi pugnare fatus.

Si quis ducatur, illi dicitur.

Namq. domi perlere illi bis pignora sena.

Sex natae, totidemque mares, pulcherrima pubes.

At Hesiodus decem mares ac totidem feminas peperisse Nioben creditit, ut scriptis idem Apollonius. Alii septem mares, & cotidem feminas fuisse maluerunt, quæ communior est sententia. Verum illa ob filiorum præstantiam non solum ausa est, ut dicebatur, Latonam in contentionem felicilatis provocare, sed etiam contumeliis & impudicis verbis ita laceriuit & irrita uit, ut Diana sex filias, at Phœbus cotidem filios puberes sagittis conficeret, ut sit Plut. in lib. de superstitione. Occise sunt domi filix, at in Citheronæ venantes mares ab ipso Phœbo. Oui. tamen inquit quatuordecim fuisse cœsos, cui sententia assentitur etiam Antipater in his carminib.

Tantale illi exx' illi, illi solle tanta raga

Tantæ nra quibus dñas, nra dñsnt.

Nbræ dñs pñmptiæ etræ fñm, dñsnt dñs.

Dñsnt dñs dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt.

dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt,

dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt.

Mñtæ dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt,

Nbræ dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt.

Tantale, qd' dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt.

q' dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt dñsnt.

Tantalis hæc ipsa : hec. bis septem pignora eodem

Ventre tulit; macerat Phœbus, & alma sotor.

Mas maribus eodem tulit, atq; puella puellis.

Prostrauere duas sic duo & hi hebdomadas.

Quæq; parens fuerat quondam dictissima natis,

illa senectuti est orba relicta parens.

Nec, velutimos est, matrem comitata sepulchro

Pignora sunt: natos sed comitata parens.

Tantale, teq; tuoc; necauit sanguine natam

Lingua. tibi lugens faxes forma timor.

Fuerunt autem nomina filiorum Niobes, ut ait Zezes hist. 141. quintæ chil.

Sipylus, Agenor, Phœdimus, Ismenus, Eupoytus, Tancalus, Damasichthon,

filiae Nezra, Cleodoxe, Altyocha, Phæthis, relopis, Egyge, Chloris. At

Apollod. Minytum pro Eupynyo dicit, & hæc ita nominat; Ethoscam seu

Theram, Cicloxam, Altyothen, Phthiam, Pelopiam, Altycratheam, Ogy-

giam. Ouidius tamen Alphenorem vel Ilioneum filiis Niobes adiecit. Isacius

Homoloïdem & Pelagum filios fuisse Niobes inquit, & Pelago quidem pa-

trem bourem tribuit, cum primam omnium mulierum inquit Apollodorus

cum Ioue cōgressam fuisse, ac peperisse ex illo Argum. Chloris præterea fuit

aliquando Melibæa vocata, quam vñ cum Anuda è feminis superfuisse me-

morant, è maribus vero Amphionem, quis ille Latonam supplices ut sibi

parceret precare sunt, ut sit Paus. in Attic. Cum tantam filiorum copiam

vno die Niobe amiserit, quæ eil rerum humanarum inconstantia, non magis

40

prudens.

## Mythologiae

prudens fuit in ferendis adversitatibus, quam fuerat in felicitate, & rerum omnium copia. Dicitur igitur Deorum miseratione, cum tantam doloris magnitudinem perficere non posset, in saxum fuisse conuersa, ut significauit Ouid. libro primo de Ponte;

Felicem Nioben quamuis tot funera vidit,  
Quæ posuit sensum faxea facta malis.

**1** Ec Callimachus in hymno in Apollinem;

τηλούντας τε την πάσην ακέραιην θάλασσαν επειδή  
την τε την φύσιν οὐ πότε τίτανος  
μέγαρης αντίτυπον διέφερεν πάντα.

**10**

Dixit petra suos pariter lacrymosa dolores  
Humida, quæ quondam Phrygiis induruit oris.  
Nunc quoq; marmor hiat crista & lacrymabile quiddam.

Pama est Nioben visa filiorum morte ē Thebis in Sipylo contendisse, quare scripsit Pausa. in Atticis huius imaginem silicem ac præruptam crepidinem in Sipylo fuisse, quæ quasi ad opticam rationem excisa, prope existenti neq; lugentis, neque mulieris quidem formam præ se ferret; at procul existentibus & mulier, & mælis, & lugens videretur. De illa imagine, q; esset in Sipylo Mygdoniz monte, ita meminit Ouid. in Epist. Acontii;

**20**

τηλούντας τε την πάσην ακέραιην θάλασσαν  
ταῖς φύσις θέσαις  
ταῦτα τε την φύσιν οὐ πότε τίτανος  
μέγαρης αντίτυπον διέφερεν.  
Audiuī mellissimā perīisse  
Phrygiam hospitem

**30**

Tantali. Sipylo in summo  
Quam hedera in morem peruvicacis  
Saxorum gerūmen domuit.

Quam idem poeta in fæco sepulchro lachrymati inquit in Electra, cum sepulchrum sit eius corpus lapideum factum. Atque hoc de Niobe Tantali filia omnia propè dicta sunt. Niobe altera fuit Photonei Peloponnesiaci principis, & Nymphæ Telodites, vel Laodices filia, de qua dictum est superius, atque eadem fuit soror Apidis, qui cum asperius in Peloponneso imperaret, a Telxione de medio fuit sublatus. Cum ramen ali; non tororem, sed matrem Apidis Argivorum & Sicyoniorum Regis illi: fuisse dicant: qui regno potiles Argivorum Aegialeo fratri permisso in Aegyptum profectus, Istdtm exortus duxit, ibiq; regnauit. Multis deinde beneficiis in homines aegyptios collatis, multis rebus utilibus humanæ virtutis inuentis, Scapidis nomine exiit mihi cultus fuit post mortem ab Aegyptiis, & sub forma bouis viui eius nomen honora:um, quoniam id animal humano generi omnium ceterorum fere sit utilissimum. Scriptum reliquit Paus. in Arcadia non quovis anni tempore, sed certate tantum Niobes flauam lachrymati solitam. Simile mutationem passa fuisse dicitur anus quadam ob iam Ventris; nam in fæcum & ipsa

& ipsa fuit conuersa. Fabulantur enim quod cum Venus Diis esset irata, quia passi fuissent ipsam cum Marte & Vulcano in rete ligari, & idcirco in sylvas Caucasias se absidisset ob pudorem, eam Di omnes fructu diu quererunt. at anus locum iudicauit, ubi latebat Venus, cu[m] a Deo quodam fuisse interrogata, quare illam ita murauit; de qua ita meminit Lycophron;

*age ut p[ro]m[on]t[er]e r[es] p[re]p[ar]e p[ro]p[ri]e t[em]p[or]e s[ecundu]m*

Anumque factam marmor[um] ipsam frigidam.

Fam: est præterea quod cum Apollo & Diana superioris Niobes filios intermissent. Iupiter omnes homines in lapides per nouem dies conuerdit, ac de cimo die priori formæ restituens permisit ut illi sepelirentur. Hæc fabulosa sunt, quæ d: Niobe passim circumseruntur. Nunc antiquorum sententiæ ex his exprimamus. Quemadmodum per superiora exempla nos antiqui sapientes ad beneficentiam & ad liberalitatem adhortabantur, cum & nauem, & capram caelestem, & multa animalia vel in cœlum inter astra retulerint, vel diuinis honoribus prosecuti sint; ita per hoc exemplum ab arrogantia te meritateque recedentes, ad prosperas fortunæ vicissitudines & quo animo ferendas nos aliebant. Fuit Niobe Tantali & Euryanassæ filia; ac Tantalus austris, Euryanassa opulentia est. ex his nascitur mortalium superbia, cuius & Deorum despiciens, & amicorum contemptus, & beneficiorum vel a Diis, vel ab hominibus acceptorum obliuio, assuecerunt. Hæc 10 igitur Niobe fuit superbia, fuit temeritas putanda sit, tantam filiorum multitudinem circa se circumspicit, ut mirificè animus extollatur. nam ex altera parte diuitias, honores propè diuinos, qui diuitiis habentur; ac nobilitatem maiorum: ex altera amicos complures, & affines, & clientelas frequentes, & effusam vadique, salutantium multitudinem hæc intuetur, quare se inuidiam, & omnes humanas facultates longo intervallo superasse putat: ac neque Deum quidem ipsum vel feliciorem, vel potentiorem esse arbitratur. Vbi aliqua domus vel ciuitas in tantum superbæ creuerit, vindictam Dei & euersionem proximam esse seito, ut per hanc fabulam admonemur. Nam vbi quis ita fuerit elatus animo, tunc eum neque filii, neque affines, 30 neq[ue] nobilitas, & diuina vindicta protegere possunt: quia nullæ tam immenses sunt facultates, quas uno die diuina potentia euertere non possit. Vbi fortunæ concusse sunt, terga vertunt affines, priores amici diffugiunt, nulla reliqua est clientela, solus incedit, quem anteā multi stipabant, a nemine salutatur, sordet nobilitas sine diuitiis ab omnibus neglecta. ad deprimendam igitur temeritatem mortalium Nioben introduxerunt antiqui multis præclaris rebus gloriantem; quæ tanta felicitate elata fuerat, ut vel Deos ipsos paruifaceret; quam tamen repente ex omni felicitate deiectam dixerunt. Ad has calamitates ita Niobe oblituuisse dicitur, ut neque lacrymas, neque vocem, neque lamentationem ullam emiserit: de qua ita scripsit Cicer[on] lib.3. Tusc. Disput. & Niobe singitur lapidea, propter æternum credo in lucta silentium. Quod si animo non ita fuisset temerario, neque tantopere felicitate elata, in eas calamiteztes non incidisset: aut si contigisset illi resipere post acceperam cladem, seque non perpetuo virentia germina, ut ita dicam, peperisse cognoviss-r, sed quæ vbi collibuisset Deo arescere possent, & diuinæ voluntati satisfecisset, & non fuisset in lapidem conuersa. Fuerunt qui rem ad histriam referre conati sunt, dixerintq[ue] acerbissimam pestilentiam aliquando fuisse in Phrygia; atq[ue] eodem die Niobes filios omnes

A 22 interiuisse \*

## Mythologiae

Interiit, cum multos haberet. Atque cum pestilentia autor sit sol & luna, quis ex calore vaporumque copia illa nascatur, proditum est in fabulis Apollinem & Dianam illos sagittis confodisse. ad tantos dolores cum oblitu puerit, & proprie sensu Niobe mater eorum videtur, dixerunt fabularum artifices illam fuisse in lapidem conuertitam. Dicti sunt homines eo tempore in faxa iure mutati, quia crudeles sunt homines & inhumani ob metum in his opportunitatibus, neque ullus est vel affinitatis, vel amicitiae firmus nodus. Verum cum decimo die cessasset pestilentia, tunc sepulturam dicuntur obtinuisse. at nunc de Thamyri dicimus.

10

De Thamyri.

Cap. X I I I I.

**T**hamyris Philammonis & Arfix filius genere Thracius forma corporis praestantissimus ob animi doctes omni laudum genere floruit. atque inter ceteras eius virtutes illa etiam commemoratur, quod eius carmen ita sonorum, itaque coccinum fuit ut ab ipsis Musis compoibum videretur. Scriptum reliquit Plut in libro de Musica hunc bellum a Titanibus aduersus Deos gestum tanta concinnitate orationis, tantaque modulationis suauitate composuisse, ut nullum poema videri posset præstantius. Sed quoniam cum præstantia ingeniorum semper ferè coniuncta est arrogantia, & temeritas, & ceterorum in eo genere præstantium contemptio, ausus est Thamyris vel Mulas ipsas, per quas ipse ceteros antecelluit, contemnere, conuiciis afficer, & in certamen cantus prouocare, cum gratias potius illis pro acceptorum magnitudine agere conueniret. Hic igitur Thamyris cum esset in Messenia, atque ex Oechalia ciuitate Dorium versus proficeretur, Musasque in certamen canens prouocasset, dicitur illas obuias habuisse, cum quibus pactus est, si vicisset, se velle cum omnibus congregandi sin vicibus fuisse, illarum arbitratu se ponas subitum, ut scripsit Myrleanus Asclepiades. Hie igitur a Musis vicitus itatim oculis captus fuit, & canendi scientia priuatus, ut tellatur Homerus in secundo Iliad. his verbis;

30

Ἄριστος, θάρητε μήτε πέντε  
Οεχαλίας λέπτα μηδὲ λυρότον τιχαλίσθε,  
Τίνετε ψόφον γενεσίου στονόντε, καὶ ταρπούστε αὐτάς  
Μύρες αἰδομένες τοῦ πατέρος αἴρεσθε.  
Αἴδη χειλοπόντας πορεύεσθαι, μέτα τραγούδων  
Θεωρίαν ἀφιλούττε, τοῦτο οὐδὲν αἴσθατον.

Et Dorion, hic ubi Musæ

40

Oechalia Thamyrim redeuntem carmine Thracem  
Priuarunt, fuit ausus enim se vincere Musas  
Cantando iactare, modo ne prælia vitente:  
Occurrantque sibi Musæ Iouis inclita proles.  
Iratae Musæ cæcum fecere sed illum.

Et cantum, citharamque viro rapuerunt superbo.

Pausan. tamen in Messeniaca id morbo Thamyri accidisse scribit, cum & Homero, & aliis nonnullis persimile Thamyri ob nullum Deorum contemptu, sed ob aliquam naturalem imbecillitatem contigerit. Prodicus vero Phœnælis, qui carmina in Miniadem compoluit, apud inferos supplicium pati Thamyrim